RHETORES GRAECI · VOLUMEN X

APHTHONII PROGYMNASMATA

EDIDIT

HUGO RABE

ACCEDUNT ANONYMI AEGYPTIACI, SOPATRI, ALIORUM FRAGMENTA



LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXVI

UT HAEC EDITIO PUBLICI IURIS FIERET, SUMPTUS FACTI SUNT A SOCIETATE AD LITTERAS IN GERMANIA ADIUVANDAS CONDITA

LIPSIAE · TYPIS B. G. TEUBNERI

A. DE CODICIBUS.

Aphthonii libellus prima pars est corporis Hermogeniani quinquepertiti, de cuius codicibus egi, cum ederem Hermogenis opera[1]). Codicum eius corporis classes sunt duae:

P (Pa: Paris. 1983 saec. X—XI; Pc: Paris. 2977 saec. XI).
V (Vc: Urb. 130 saec. XI; Ba: Basil. 70 saec. XI. — Ac: Ambr. 523 saec. XI vel XII).

Accedit Ph: Paris. 3032 saec. X (Omont: XI), cuius Progymnasmatum textus nunc incipit in medio exemplo loci communis (non Aphthonii; cf. p. XII):

f. 17 r: |*προδότης γὰρ* <sic; adde *ὑπ'*> *ἄλλοις σπεύδει ποιήσειν τὴν πόλιν, οὐκ ἀναιρεῖ τὸ πλεῖστον τῶν πολιτῶν· ἀνδροφόνος δὲ* . . ., expl. f. 17 v . . . *συνοίσει δὲ* <sic; quaedam exciderunt: *ῥάδιον δὲ*> *ἀνδροφόνον κολάζεσθαι· μόνον γὰρ ἐροῦσιν οἱ κρίνοντες καὶ τοῦ βίου παύσεται.*

17 v: *κοινὸς τόπος κατὰ ἀργοῦ*, inc. *ὅτι εἰ νόμος*, expl. *ἀπραξίαν συνανελεῖν* = Nic. I 323, 13—20 W.

17 v: *η' ὅρος ἐγκωμίου· ἐγκώμιόν ἐστι* — 20 r *παρήκατο πλῆθος* = Aphth. 21, 5 — 24, 21.

20 r: *θ' ὅρος ψόγου*, expl. *πράγματα καὶ τὰ ἑξῆς* (sic) = Aphth. 27, 13—19.

ι' περὶ συγκρίσεως, expl. 20 v *πράγματα καὶ τὰ ἑξῆς* (sic) = Aphth. 31, 6—16.

20 v: *ια' περὶ ἠθοποιίας* — 22 r *δακρύουσα* = 34, 1 — 36, 20.

22 r: *ιβ' ὅρος ἐκφράσεως* — *ναυμαχίας πεζομαχίας πεζομάχους* (sic) = 36, 22—37, 5.

22 r: *ἔκφρασις κήπου· εὐδαίμονες δ' ἄρα ἦσαν οἱ φαίακες* —

1) Rhet. graec. VI Praef. p. XIII sq. XVI sq. *Rheinisches Museum* 67 [1912] 321 sq.

22 v κατὰ μέσον ἀνέβλυζε καὶ τὰ ἑξῆς (sic) = Liban. VIII 485, 4 — 486, 10 F. Subscriptio f. 22 v: Προγυμνάσματα Ἀφθονίου; sequitur Ἑρμογένους τέχνη ῥητορική.

In Ph saepe verba omissa sunt (21, 6; 14; 16; 17; 20. 22, 17; 19 cet.) vel corrupta (22, 14; 19. 23, 4; 12; 17; 23. 24. 4; 5 cet.); insunt etiam prave distincta (36, 20 φανεὶσ ἀμείνω; 22, 19 εὕρατο). Ph facit e. g. cum **P**Ac 21, 19. 23, 5. 27, 15. 34, 9; cum Vc 22, 22. 24, 3. 31, 15. 35, 6. 36, 1; cum Ac 31, 13. 34, 11. 35, 15; cum BaAc 21, 16. Provehit nos ad Aphthonii archetypum discessione classium **PV** priorem; genuinam lectionem in Ph repperi 24, 15. Cf. etiam p. XII.

Ceteros codices saeculo XV non recentiores examinavi omnes opinor, complures contuli totos. Varias lectiones ex **PV**Ph enotavi omnes[1]). Insuper exscripsi multas lectiones praecipue ex commentatorum codicibus LdVδWc nec non ex Vg; is textus, quamquam singuli codices identidem inter se dissentiunt, in universum arta affinitate coniunctus est cum Ac, etiam cum „v. l. **P**" vel cum Ba. Ex vetustioribus commentariis in hunc traditionis ramum multa deducta sunt, et quamquam plurimae lectiones variantes aperte socordiae interpretum tribuendae sunt, qui textum traditum non anxie servandum esse putabant, tamen insunt etiam bonae traditionis vestigia. Etiam iis locis, quibus de rhythmo clausularum aut de fuga hiatus dubitari posse videbatur, uberius de codicum lectionibus referendum censebam.

Cum Hermogenis libros ederem, sic iudicavi de classium **PV** auctoritate (Praef. XIII): „Utraque sua vitia habet . . . Cum **P** mihi paulo praestare videretur, in rebus dubiis eius auctoritatem secutus sum." Commutavi sententiam. Praebet enim **P** textum hic illic consilio et ratione mutatum, praecipue cum redactor verba tradita prave intellegeret, Vc autem — praestat enim hunc codicem quasi ducem solum

1) Non rettuli de ν epagogica; in Vc paene ubique posita est. In elidendo consentiunt codices paucis locis exceptis; moneo δέ rarissime elidi, praepositiones et ἀλλά paene ubique. Nec rettuli de codicum discrepantia in verbo ἀνδρεία — ἀνδρία.

nominare — textum multis mendis librariorum neglegentia ortis inquinatum; cum eius generis vitia facilius perspiciantur quam pravae correcturae, quibus laborat corpus **P**, in dies magis mihi persuasi in rebus dubiis auctoritatem corporis **V**, praecipue codicis Vc, plurimum valere. Afferam exempla.

16, 19 *κοινός ἐστι τόπος λόγος αὐξητικὸς τῶν προσόντων κακῶν* ⟨*ἢ καλῶν* **P**; om. VcBa; *καλῶν ἢ* ante *κακῶν* add. Ac, m. 2 Vc, Sard.⟩. Lectionem **P** et Ac interpolatori deberi apparet ex locis 17, 9 *τῷ κατηγορουμένῳ*, 17, 10 *διαβάλλων τὴν τοῦ πράξαντος διάνοιαν*, 17, 12 *κακίζων*, 27, 14. 15 *τόπου δὲ κοινοῦ διενήνοχε* ⟨scil. *ψόγος*⟩ *τῷ τὸν μὲν τόπον ἐπάγεσθαι κόλασιν κτλ.* Omnia ad peius solum spectant; valet igitur in Aphthonii locum, quod refert Nicolaus 37, 7 F.: *οὐ γὰρ δεῖ ὁμολογουμένων ἀγαθῶν αὔξησιν ποιεῖσθαι ἐν τῷ κοινῷ τόπῳ, ἐπεὶ λήσομεν ἐγκωμίῳ . . . ἐν κοινῷ τόπῳ χρώμενοι.*

20, 21 *οὐ γάρ, ὥσπερ αὐτῷ δορυφόρων ἐδέησεν εἰς τὴν τῆς* (VcAc; *τῆς* om. **P**Ba) *τυραννίδος ἐπίθεσιν* (VcBa; *ἐπίδειξιν* **P**Ac), *οὕτω καὶ ἡμῖν δεήσει συμμάχων εἰς τὴν τοῦ τυράννου κατάλυσιν.* Verbo *κατάλυσις* non est contrarium *ἐπίδειξις*; quid hoc sit Aphthonio, vides 23, 16: *ἐζήτει καιρὸν εἰς ἐπίδειξιν, ὧν καλῶς προησκήσατο*; nostro autem loco de instituenda tyrannide agitur, est crimen *τυραννίδος ἐπιθέσεως*. Aristoteles Rhet. I 2 p. 1357 b 30: *ἐπιβουλεύει τυραννίδι Διονύσιος αἰτῶν τὴν φυλακήν.*

36, 1 Niobe exclamat: *τῶν οὐ τεκόντων* (**V**Ph; *τεκουσῶν* **P**) *οἱ στερηθέντες* (**V**; *αἱ στερηθεῖσαι* **P**; *οἱ τεχθέντες* Ph) *εἰσὶν ἀτυχέστεροι* (**V**Ph; *ἀτυχέστεραι* **P**). In altera classe, sive in **P** sive in **V** (+ Ph!), consilio mutatum esse apparet. Si femininum traditum esset in omnibus codicibus, nos non offenderemus. Qui quater mutavit, de matre sola cogitabat. Loquitur autem Niobe non de matribus, sed de parentibus in universum, etiam 36, 3 *τῷ τεκόντι* dicitur de patre; in **V**Ph igitur genuina lectio servata est. Eadem offensio erat ei, qui 16, 14 *νοσήσαντα* mutavit in *νοσήσασαν*, quae lectio prava in solum Ac irrepsit.

Ne unum quidem locum repperi, quo lectio codicis Vc talia correctoris inventa prodere videretur. Multa menda insunt, plura fortasse quam in **P**, neque vero tam gravia; verba exciderunt, litterae permutatae sunt, 48, 13 etiam verbum *στρατηγὸς* irrepsit pro *δικαστής*, librario enim in mente erat *στρατηγεῖν*, quod paulo ante legebatur; erraverat eius recensionis auctor, non consilio et ratione mutaverat.

His in universum tantum iudicatum est de codicum auctoritate; est autem, quod etiam singulis locis non raro amplius nos provehat.

Post Guilelmum Meyer nemo de clausulis rhythmicis multorum scriptorum aetatis posterioris inde a saeculo quarto p. Chr. tam docte et acute egit quam Paulus Maas[1]); non solum iis, quae publici iuris fecit, sed etiam consilio per litteras dato me ab eo in hac quaestione instituenda adiutum esse grato animo profiteor. Aphthonius in exemplis unicuique methodo additis ante ultimum accentum aut duas aut quattuor syllabas accentu carentes ponere solet. Clausulas in quindecim illis Aphthonii exemplis numeravi 996, quarum sunt rhythmicae intervallo duarum syllabarum 818, quattuor syllabarum 128; carent igitur rhythmo 50 clausulae = 5 %.

Libanius clausulam rhythmicam aspernatur; ut statim eluceret, quid de numeris illis in Aphthonii libello inventis iudicandum esset, quattuor Libanii progymnasmatum exempla examinavi ea, quae etiam Aphthonius tractavit (cf. infra p. XXVII): *Χρείαν· Ἰσοκράτης τῆς παιδείας κτλ.*, *Κοινὸν τόπον κατὰ τυράννου*, *Ψόγον Φιλίππου*, *Ἠθοποιίαν· τίνας ἂν εἴποι λόγους ἡ Νιόβη κτλ.* Numeravi 685 clausulas, quarum

1) *Griechische Metrik* (*Einleitung in die Altertumswissenschaft* I 7. 1923) cap. 23. Exscribo, quod nuper iudicavit *Byzantinische Zeitschrift* 24 [1924] 138: „*Textkritisch läßt sich die Klauselrhythmik nur da verwerten, wo sie auf längere Strecken streng durchgeführt ist, oder wo die Sprachstilisierung zu Hilfe kommt. Das gilt z. B. für das letzte Akzentintervall (2 oder 4 Silben) in den mythologischen Partien von Buch 11* ⟨*der griechischen Geoponika*⟩.“

sunt rhythmicae 304; carent rhythmo 381 clausulae Libanii = 55%.

Inde sequitur aliquid saltem huic usui — legem non licet dicere — in textu Aphthoniano constituendo tribuendum esse. E. g. 8, 19 reicienda est commentatoris lectio *ἐπαινέσειε τὸν Θέογνιν*. 11, 22 *ἀνθρώπων ἐλθεῖν* cum **V** scripsi (*προελθεῖν* **P**). 12,2 *αἰσθανομένων ὑμέναιος* **P** (*ὁ ὑμέναιος* **V**). 9,16. 14,12. 20,11. 26,20. 30,12. 41,8. 45,12. 49,15 cet. Ultima sententiarum verba hic illic offensionem praebent: probabiliter non medebitur, qui rhythmi rationem non habebit.

In quibusdam codicibus textum traditum via et ratione mutatum esse suspicabar, ut clausula numerosa fieret, quod factum esse in una classe Plutarchi codicum ostendit Pohlenz[1]). 28, 18 Vg Wc *ἔχουσι καταπεφεύγασι* ⟨*γῆν*⟩, 10,1 Vg *θεραπαινίδων* ⟨*ἐμ*⟩*παροινούμενος*. 28, 18 Ld *καταπεφεύγασι πρὸς ἣν ἔχουσι* ⟨*γῆν*⟩, 13, 11 *λυπεῖν* ⟨*πάλιν*⟩ *ἐβούλετο*. 15, 23 Ld Wc *ἀφ' ὧν* ⟨*γὰρ*⟩ *προῆλθον*. 47,18 Pc Vg Wc *κτείνεσθαι τὸν μοιχόν*. Etiam in Ac talia inveniuntur: 14,13 *ἀποδέχομαι* [*τῶν*] *ποιητῶν*. 33,1 *ὑπῆρχεν* ⟨*ὁ*⟩ *Δάρδανος*, 45,18 *ἀφαιρεῖται* ⟨*τοὺς*⟩ *παῖδας* cet. Infra p. XIX videbimus revera fuisse, qui minus contentus esset iis, quae Aphthonius elaboraverat; in codicibus autem Aphthonii consilio secundum legem rhythmicam correctum non est: pauci tantum sunt loci, et in iisdem codicibus etiam plures inveniuntur, qui rhythmum perturbent.

Non solum in exemplis sed etiam in methodo Aphthonium rhythmum clausularum adamavisse putabam, cum Theonis verba 118, 7 Sp. *ἐναργῶς ὑπ' ὄψιν ἄγων τὸ δηλούμενον* conferrem cum Aphth. 36, 22 *ὑπ' ὄψιν ἄγων ἐναργῶς τὸ δηλούμενον*. Tamen paulo plures loci obstant quam in exemplis, materia ipsa ita fert (cf. etiam p. IX).

Ad codicum Aphthonii classes aestimandas nil proficiunt observationes de fuga hiatus. In quindecim exemplis quinque

1) *Eine byzantinische Recension Plutarchischer Schriften. Nachricht. d. Göttinger Gesellschaft d. Wissenschaften* 1913, 338 sq.

hiatus graves sunt: 3, 9 Ἀφροδίτῃ Ἄρης. 30, 17 ἀριστέα ἐποίησαν. 40, 18 ὀβελοὶ ἀνεστήκασι. 46, 18 πλείστου ἐν (πλείστων LdWc). 51, 15 κεκολάσθαι οὐ. — Aliis locis hiatus lenior est pausa intercedente: 3, 9 Ἀδώνιδι, ὅπερ. 19, 7 μιαιφονεῖ, ὃ. 5, 15. 22, 13. 30, 1; 14. 32, 14. 48, 12. 50, 4; 23. — Post breve α hiatus est locis, quibus non licet elidendo succurrere, quoniam rhythmus deleretur: 15, 2; 9 μάλα εἰκότως. 16, 1 ταῦτα ἐπείγονται. 24, 9 Λακεδαίμονα ἔρχονται. 38, 14 προϊοῦσα εἰς ὕψος. 46, 13 μέγα ὁ γάμος (μέγας Pc). Cf. 11, 8. 36, 16. Itaque ne ceteris quidem locis in tali hiatu offendemus. — Aphthonius comparativis appositis dicit ὅσῳ — τοσούτῳ 22, 17. 25, 10. 31, 1. (τοσοῦτον Ba) 28, 12. Num ὅσῳ — τοσοῦτον 19, 8; 10 et 24, 17; 18 recte scripserim cum Vc, dubito; ubi hiat oratio, codicum consensus desideratur. Nec minus dubito de relatione formarum ὅσῳ — τοσοῦτον in hiante oratione locis, quibus non sunt duo comparativi, 33, 3; 5 et 22; 23; cf. 32, 11.

In editionibus p. 46, 19 superscriptum est ὅρος νόμου εἰσφορᾶς, idem in PaPcVc. In BaAc titulus est περὶ νόμου εἰσφορᾶς. Sed opus est etiam cetera considerare. Et primo quidem progymnasmati nil superscriptum est, in margine tantum ascripta sunt PaAc 1, 4 γένεσις, 1, 6 ὅρος, 1, 7 κλῆσις, 1, 11 εἶδος, 1, 15 διαφορά; eadem in Pc omisso γένεσις. Ceteris praeexercitamentis superscriptum est in Vc ὅρος διηγήματος, ὅρος χρείας cet. Ba ubique ὅρος praeter XIII περὶ θέσεως, XIV περὶ νόμου εἰσφορᾶς In Ph quinque progymnasmata servata sunt (cf. p. III): VIII ὅρος ἐγκωμίου, IX ὅρος ψόγου, XII ὅρος ἐκφράσεως, sed X περὶ (sic!) συγκρίσεως, XI περὶ ἠθοποιίας. In Ac ubique ὅρος διηγήματος cet. praeter XI περὶ ἠθοποιίας, XIV περὶ νόμου εἰσφορᾶς. Difficultas solvitur codicibus **P**: praeexercitamentis II usque ad XIV omnibus superscriptum est ὅρος διηγήματος cet., scholiis autem ubique novus titulus datus est: περὶ τοῦ διηγήματος, περὶ χρείας usque ad XIV περὶ νόμου εἰσφορᾶς (Pa; margo Pc decurtatus est). Cf. etiam p. XV. Superscriptiones igitur ὅρος διηγήματος cet., quae

parvae tantum parti methodi aptae sunt, non sunt scriptoris sed librarii: notae marginales erant. — Quam temere tales notae in margine ascriptae a librariis adhibitae sint ad superscriptiones fingendas, docet Vc: p. 1, 1. 2 libelli titulum praebet *Ἀφθονίου σοφιστοῦ προγυμνασμάτων γένεσις*; compara quaeso, quae supra de notis marginalibus PaAc, *γένεσις*, *ὅρος* cet., exposui. — *Περὶ θέσεως*, *περὶ νόμου εἰσφορᾶς* cet., quam formam progymnasmata XIII et XIV in Ba, XI et XIV in Ac, X et XI in Ph prae se ferunt, vestigia sunt commentatorum; cf. quae de AcPh dixi Hermog. praef. XXVI Aphthonius nullo loco dicit *νόμου εἰσφορά*, sed p. 46, 20 et 47, 11 *εἰσφορὰ τοῦ νόμου*, 47, 6 autem collocat *νόμου τοίνυν ἐστὶν εἰσφορά*: an hisce evitavit gravem hiatum, quamquam aliis locis (cf. 46, 21) minus anxius est?

Solitum usum secutus superscriptiones supplevi.

De editionibus.

Editiones et versiones multas enumerant Fabricius-Harles, Bibl. graec. VI, p. 95 sq.; Veesenmeyer, Hermogenis Progymnasmata [Norimbergae 1812], p. 75—76; S. F. W. Hoffmann, *Bibliographisches Lexicon* I[2] 194 sq.; ipse plurimas non vidi, facile erit numerum augere. Non inutile est perlustrare, ubi tandem et quibus temporibus libello nostro operam dederint.

Editio princeps est Aldina Rhetorum graecorum, tom. 1, Venetiis 1508. Versio latina in lucem prodiit 1513. Tum Progymnasmata sive graece edita sunt sive translata Amstelodami 1642; 1645; 1649; 1651; 1657; 1659; 1665. Augustae Vindelicorum 1543. Basileae 1521; 1524; 1525; 1534. Coloniae 1525; 1539; 1566. Florentiae 1515 (Iuntina). Francoforti 1546; 1553; 1557; 1570; 1589; 1592; 1603; 1619; 1642; 1655. Genevae 1569 (ed. Fr. Portus). Lipsiae 1567; 1570; 1588; 1591; 1596; 1616; 1629; 1656; 1684. Londinii 1605; 1682. Lugduni Batavorum 1538; 1555; 1586; 1597; 1616; 1626; 1676. Marpurgi 1537; 1542. Monachii 1667. Parisiis 1531; 1534; 1539; 1540; 1544; 1548; 1549; 1550; 1558; 1578; 1621; 1623; 1627; 1648; 1660. Romae 1517; 1520. Rostochii 1608. Stetinii et Colbergae 1656. Tiguri 1548. Upsalae 1670; 1680 (ed. Scheffer). Venetiis 1539; 1630; 1653. Vesaliae 1670. Wratislaviae 1689.

Stuttgartiae et Tubingae 1832: ed. Walz, Rhet. graec. I. Lipsiae 1839: ed. Petzholdt. Lipsiae 1854: ed. Spengel, Rhet. graec. II.

B. DE APHTHONII PROGYMNASMATUM MEMORIA.

1. De commentatoribus.

Scholiorum **P** (PaPc; II 5—9 et 565—682 W; cf. p. III) magna pars efficitur textu Nicolai Progymnasmatum plerumque ad verbum exscripto, cf. infra p. XIII. Quod attinet ad aetatem nostrae recensionis **P**, tenendum est in corpore **P** scholia inveniri, quibus agitur de „variis lectionibus", quae accentibus sim. efficiuntur; ea ante saeculum nonum non poterant ascribi. Iam ante scholiastam **P** libellum interpretatione instruxerant; II 656, 20: *τινὲς ἡρμήνευσαν κτλ.* — Quondam monui Hermogenis textum **P** non esse eum, quem scholiasta **P** interpretatur[1]). Idem cadit in Aphthonii libellum; e. g. 29, 8 *Ἀθηναῖοι . . κατήγαγον* **P**, sed schol. *ζ'* (634, 26): *Θηβαῖοι κατήγαγον*. 29, 10 *παρὰ Θηβαίοις ὡμήρευε* **P**, schol. *η'* (635, 1): *ἐδόθη ὅμηρος Ἀθηναίοις*.

Ioannem Sardianum medio fere saeculo decimo commentarium composuisse verisimile est[2]). Vat. gr. 1408 (Vω) saec. XIV: *Ἰωάννου τοῦ Σάρδεων ἐξήγησις εἰς τὰ Ἀφθονίου Προγυμνάσματα. Συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὰ Ἀφθονίου Προγυμνάσματα φιλοπονίᾳ πολλῇ καὶ σπουδῇ ἐμοὶ τῷ γεγραφότι Ἰωάννῃ συλλεγεισῶν καὶ προφανῶς* (*προσφυῶς* corr. ex C) *τοῖς Ἀφθονίου ῥητοῖς συναρμοσθεισῶν*. In Coisliniano 387 (C) saec. X, qui initium tantum continet, et in Vindobonensi 130 (Wc)[3]) saec. XIII—XIV nomen Sardiani non legitur. Raro respicit priores interpretes („*τινές*" sunt), nomina non

1) *Rheinisches Museum* 67 [1912] 327 ann. 1.

2) Romanus, ed. Camphausen (Rhet. graec. XIII), p. IV. — Praefatio commentarii a Sardiano congesti ex scholiis *Π* edita legitur celato nomine II 132 ann. 45 Walz: *Ὁ παρὼν* — 134 *συμβουλευτικοῦ ὤν*.

3) In Wc alternis vicibus Ioannis Doxapatris interpretationes et Ioannis Sardiani (*τοῦ 'ἑτέρου ἐξηγητοῦ'*) scriptae sunt; quae iam in praecedente pericopa scripta erant, silentio praeteribat librarius, hic illic expressis verbis declarans '*καὶ τὰ λοιπὰ ὡς ἀνωτέρω ἐγράφη*'.

affert. Hic illic scholia **P** inter scholia ab eo collecta reperiuntur. Scholia Aphthoniana, quae Theonis Praeexercitamentis ascripta sunt (I 257, 14 sq. W.), paene omnia ex commentario Sardiani transscripta sunt.

Scholiorum codicis Laurentiani 60, 15 saec. XI[1]) pars mihi aliunde non innotuit, multa consentiunt cum interpretatione Sardiani; ex fonte communi utrumque interpretem hausisse puto.

Commentarium composuit etiam Ioannes Doxapatres, qui posteriore parte saeculi XI scripsisse putandus est — certe post Ioannem Siculum, quem in commentario ad Herm. *Π. ἰδεῶν* impugnat[2]). Edidit Walz II 81—564 ex codice lacunoso. — Interpretes nominat Geometram et Sardianum, semel (301, 29) Antonium quendam; praeterea scholiis **P** usus esse videtur[3]). Ioannis Geometrae commentarium in nulla bibliotheca repperi; dubito, utrum ipsum manibus tenuerit Doxapatres an ea, quae de eo refert, ex amplo commentario sumpserit eodem, quo auctor scholiorum *Π* usus est[4]). Ioannes Sardianus Geometram non nominat, Doxapatres paene centies.

Cum de scholiis *Π* agerem[5]), commentarium Sardiani nondum reppereram; postquam hoc ex tenebris resurrexit, ceterorum interpretum nec non scholiorum *Π* auctoritas valde minuta est.

De Maximo Planuda (saec. XIII), II 9—68 W., hoc loco

1) A. Sabatucci, *Scolii antichi ad Aftonio. Studi italiani di Filologia classica* 16 [1908] 41 sq.

2) *Rheinisches Museum* 62 [1907] 581 ann.

3) Felten, Nicolai Progymnasmata (Rhet. graec. XI), p. XVII.

4) Dubito, num repugnent verba Doxapatris ad Herm. *Π. εὑρ.* *Γ* 15 p. 167, 5: *τῷ μὲν ἐξηγητῇ οὕτως ἔφαμεν δοκεῖν ταῦτά τε καὶ τὴν αἰτίαν πρὸς τούτοις διασκευάζεσθαι· τῷ δὲ Γεωμέτρῃ εὗρον (ἐνέτυχον?) ἐν τῇ εἰς τὰ Προγυμνάσματα αὐτοῦ ἐξηγήσει, ἡνίκα τὴν ἔκφρασιν ἐξηγεῖτο, λέγοντι· τὰ μὲν λοιπὰ πάντα κτλ.* = II 513, 9 W.

5) *Rheinisches Museum* 62 [1907] 577.

tacere licet: usus est scholiis **P** et Doxapatris — vix eius auctoris — commentario[1]).

Quod p. IV dixi de scriptorum textu in commentatorum codicibus neglegentius tractato, etiam magis valet, cum agitur de lemmatis. Quae non semper consentire cum textu codicis ipsius monui p. X de scholiis **P**; idem cadit in Sardianum. Etiam codices eiusdem commentarii valde dissentiunt; e. g. 25, 6 lemma Sard. Vω: *πόλεμον Ἄρης μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς ἐκληρώσατο*; lemma Sard. Wc: *πολέμων Ἄρης μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς*, om. *ἐκληρώσατο*. 27, 3 lemma Vω: *περιών*, Wc: *Περσῶν* cet. In libris, qui in omnes pervulgati erant, identidem ultro et citro conferebant et corrigebant; ut variae lectiones ex aliis codicibus ascribebantur et paulatim in textum apographorum irrepebant, ita codicis lectiones mutabantur ex lemmatis, lemmata ex textu codicis.

2. De retractatore Ph.

Etiam in hoc capite agendum est de codice Ph (cf. p. III) Contemplemur progymnasmata *ϑ'* (*ψόγον*) et *ι'* (*σύγκρισιν*). utrumque explicit verbo *πράγματα* 27, 19 et 31, 16; cetera absolvuntur verbis *καὶ τὰ ἑξῆς*, „cetera" enim eodem modo tractanda erant, atque in methodo laudationis 21, 12 sq. expositum erat. — Aphthonio erat descriptionis exemplum *τὸ ἱερὸν τῆς Ἀλεξανδρείας μετὰ τῆς ἀκροπόλεως*, redactor Ph in eius locum posuit exemplum discipulis magis propinquum, horti descriptionem. — Thucydidis laus ei placebat ad docendos adulescentulos, *σοφίας ἐγκώμιον* omisit; an ei nimis sublime videbatur? — Evidenter autem ludi magister ratione paedagogica ductus deprehenditur in progymnasmate *ζ'*, cuius initium periit: postquam loci communis exemplum *κατὰ ἀνδροφόνου* (Aphthonii exemplum est *κατὰ τυράννου*!) ad finem perduxit, non poterat a se impetrare, ut florem quendam oblivioni traderet, quem in exemplorum collectione — Nicolai nomen in nostris codicibus

---

1) Nicolaus, ed. Felten, p. XII. — *Rheinisches Museum* 67 [1912] 332.

fert — invenerat: *κοινὸς τόπος κατὰ ἀργοῦ*. — Et discipulorum imbecillitatis rationem habuerit, cum progymnasmata *ιγ'* et *ιδ'* omitteret, *θέσιν* et *εἰσφορὰν τοῦ νόμου*; cf. Dox. 535, 21: *τινὲς δὲ λέγουσιν, ὅτι οὐκ ὤφειλεν ὅλως ταῖς ῥητορικαῖς γυμνασίαις συνταχθῆναι ἡ θέσις· ἡ γὰρ θέσις, φασί, περὶ τῶν καθόλου διαλέγεται . . . τὸ δὲ περὶ τῶν καθόλου ζητεῖν φιλοσόφων, οὐ τῶν ῥητόρων ἐστίν*. Aphth. 46, 20: *καὶ τὴν εἰσφορὰν τοῦ νόμου τινὲς εἶναι δεδώκασι γύμνασμα*[1]), alii igitur eam non receperunt, et Quint. II 4, 33: „legum laus ac vituperatio iam maiores ac prope summis operibus suffecturas vires desiderant"[2]).

Suum sibi libellum Aphthonianum composuit: subscriptio est *Προγυμνάσματα Ἀφθονίου*[3]). Iam intellegitur, qui factum sit, ut totiens singula verba, etiam sententiae in Ph omitterentur; redactor omnino non curabat Aphthonii textum genuinum servare, omittebat, quae ei supervacua videbantur. Sic 34. 11 *καὶ* — 13 *προσαγορεύεται* et 35, 1 *ἡ* — *αὕτη* non librarii neglegentia interciderunt, sed retractatoris consilio, qui saeculo VI opinor summa cum diligentia id agebat, ut discipulorum suorum studia adiuvaret. — Dudum monui codice Ph singularis doctrinae specimina servata esse.

3. De Nicolao.

Aetatem tulerunt praecepta progymnasmatica Nicolai[4]), qui saeculo quinto vixit; Aphthonii libello eum usum non esse demonstravit Felten p. XXX. Si quid video, ea praecepta aetatem non tulissent, nisi apta visa essent ad Aphthonii libellum explicandum: in scholia **P** Nicolai Progym-

---

1) Cf. Ps.-Herm. 26, 11; *τινές* non vertit Priscianus 559, 38 Halm.

2) Cf. p. XV.

3) Mirum in modum accidit, quod etiam in Vc in fine progymnasmatis XII subscriptum est m. 1 *τέλος τῶν προγυμνασμάτων ἀφθονίου*, p. 41, 11.

4) Edidit Felten, Rhet. graec. XI.

nasmata paene integra recepta sunt, cf. p. X, in codice Londinensi (saec. XIV, vix XV) autem alternis vicibus Aphthonii praecepta scripta sunt et — litteris paulo minoribus — Nicolai; nempe illis haec et commentarii et supplementi instar esse voluit is, qui codicem scribendum curavit.

Praeterea Nicolai nomine inscripta sunt exempla I 266—420 W. Innumeris locis verba et sententias exemplorum Aphthonii in iis reperimus[1]; aliquando suspicabar illa ab ipso Aphthonio composita esse; quod nequit cogitari. Primum autem codices examinare opus erit, inquirere in historiam omnium illarum collectionum; deinde quaerendum erit, quae ratio intercedat inter exempla et Nicolai praecepta progymnasmatica. Tum demum de nomine auctoris iudicare licebit.

Unum iam nunc affero. Exemplis uno loco (I 381 W.) Aphthonii praecepta de ethopoeia inserta sunt. Claus Peters, quem pro patria mortuum lugemus, hanc provinciam examinare susceperat; contulerat codices saec. XIII—XIV Barberinianum 240 et Parisinum 2918, in utroque leguntur Aphth. 34, 2 ὅρος ἠθοποιίας. ἠθοποιία ἐστὶ μίμησις — 35, 17 ἀλλάσσομαι τύχην (sic) = I 381, 4—382, 8 W.; tum post spatium verba 382, 9 sq. Textus — si quidem ex iis codicibus iudicium ferre licet — mendis scatet; non facit cum **P** (35, 6 πρῶτον nil valet), sed cum Ba vel Ac vel Ph, semel cum Vc, uno loco cum Sardiano. Nemo mihi persuadebit ea praecepta Nicolaum ex Aphthonii libello in suam exemplorum collectionem transtulisse, Nicolaum qui in suo libello technico Aphthonii Progymnasmata etiam ignorat.

Saeculo sexto, fortasse iam versus finem saeculi quinti Aphthonii auctoritas adeo profecerat, ut in primis rhetorices rudimentis tractandis eum quasi ducem sequerentur. Ea aetate corpus Hermogenianum quinquepertitum compositum esse putandum est, duabus codicum familiis nobis servatum, cuius prima pars libellus noster est. Inde ab illo

1) Paucas tantum ex iis lectiones enotavi, cum manifestum esset textui edito fidem habendam non esse.

tempore scriptores progymnasmatici ad eum omnes respiciebant; quae inveniuntur similia, non iam revocanda sunt ad vetustiores fontes cum eo communes, sed fere ad unum Aphthonium.

4. De Mose Armenio.

Baumgartner de Mosis Progymnasmatibus Armenio sermone scriptis rettulit[1]. Initium deest; decem capitum, quae sola servata sunt, titulos vertit: I περὶ χρείας, II περὶ γνώμης, III περὶ ἀνασκευῆς[2]), IV ὅρος κοινοῦ τόπου, V ὅρος ἐγκωμίου, VI περὶ ψόγου, VII ὅρος συγκρίσεως, VIII ὅρος ἠθοποιίας, IX ὅρος ἐκφράσεως, X ὅρος θέσεως. Additur epilogus, cuius primam partem vertit Baumgartner p. 480—481; praetermiserat igitur Moses caput περὶ εἰσφορᾶς τοῦ νόμου, v. supra p. XIII.

[Baumgartner 460] *„Zuerst wird eine Definition des betreffenden Kunstmittels gegeben, dann eine Anzahl von Beispielen der Anwendung desselben, deren Zahl von 3—7 schwankt, ausgeführt."* [461] *„Nähere Betrachtung ergibt, daß die Definitionen jeweilen teils wörtliche Übersetzungen derer des Aphthonius, teils Bearbeitungen derselben unter Verwendung wörtlich aus Aphthonius übersetzter Sätze und unter geringer, aber sicherer* [sic Baumgartner] *Mitbenutzung*

1) *Über das Buch „die Chrie". Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft* 40 [1886] 457—515. — Mosen, qui historiam Armeniae scripsit, eundem esse atque nostrum demonstrare studet Baumgartner. Certe titulum *„Unseres heiligen Grammatikervaters des Moses Chorenazi rhetorisches Progymnasma genannt Buch der Chrie"* Joh. Zohrab demum addidit, qui a. 1796 librum edidit. Quod attinet ad aetatem, facio cum W. Schmid (*Griech. Lit.* II[6] 1100 a. 7): *„... nicht ein Werk des im 5. Jh. lebenden Moses, aber von demselben Verfasser wie die unter Moses' Namen laufende Geschichte von Armenien."*

2) Post ultima Aphthonii verba, 10, 19 τέχνης ἰσχύν, addit: *„Und diese Übung sollst du für nützlicher halten als die anderen, denn die ganze Kraft dieser Kunst wird durch Widerlegung und Bestätigung bestimmt."* Moses vel eius auctor confirmationi non peculiare caput destinaverat, exemplum plurimorum rhetorum secutus, a quibus discesserat Aphthonius.

des Theon sind. Für die Beispiele dagegen ist neben Aphthonius noch Theon in größerem Umfange benützt, sodann ein verlorenes rhetorisches Handbuch, das dem Sophisten Nicolaus gleichfalls vorgelegen hat, außerdem eigene Lektüre des Moses." Caput de chria vertit Baumgartner p. 469: „*Die Chrie ist eine kurze Erzählung, die mit Geschick zu einer Person hinaufführt. Und so genannt ist sie davon, daß sie für das Leben sehr nützlich ist. Und von den Chrien sind die einen Ausspruchschrien, und andere Handlungschrien, und andere gemischte.*" Abhinc ea tantum exscribo, quae differunt ab Aphthonii textu: post 4, 5 φύεσθαι addit Moses: „*Denn der Nutzen einer derartigen Chrie wird durch den Ausspruch angezeigt. Und Handlungschrien sind die, welche eine Handlung in sich enthalten; eine solche ist ...*" Tum pro 4, 7. 8 μέτρον — ποιούμενος dicit „*Hier liegt nur die Handlung des Anblickes vor.*" „*Und gemischte ...*" „*Eine solche ist ...*" „*Indem er sagte* (ἐπειπὼν Aphth. 4, 10): *warum lehrst du es so?*" Tum addit „*Hier war die Züchtigung eine Handlung, und die Begründung des Schlagens ein Ausspruch, deshalb ist sie auch gemischt.*" 4, 13 post κεφαλαίοις: „*Zuerst wirst du etwas weniges zum Lobe dessen, der spricht, sagen. Sodann die Begründung. Hernach stelle es vom Gegenteil aus dar. Auch die Erzählung wirst du sagen und wirst das Beispiel dazufügen und wirst sie bekräftigen durch Zeugnis. Und wirst die Chrie beschließen mit einem kurzen Nachworte.*"

Denique pauca ex epilogo: [481] „*Dieses ist das Vortor des Gymnasiums und die Rennbahn für das Vorhaben der rhetorischen Festkämpfer für alle klügeren Jünglinge. Auf diesem dich einübend, indem du arbeitsfreudig mir, deinem Lehrer Moses, nachfolgst, wirst du dir einen haarschmückenden Geistesblumenkranz winden, um ihn in deiner Seele zu tragen, o Theodoros.*"

Baumgartner scriptori nimium tribuerit. Quinto saeculo et sexto innumeri progymnasmatum libri scholarum in usum conscripti erant, et cum Aphthonii auctoritas procedente tempore magis aucta esset, posteriores eius libellum iden-

tidem suum in usum converterant. Compilatio sexto fere saeculo orta scriptori Armenio ad manus fuerit, Aphthonii librum me iudice non inspexit. Qui tandem poterat fieri, ut auctor *γνώμης* 8, 12 ei non esset Theognis, quem ter nominat Aphthonius (8, 14; 20. 10, 6), sed Bias (Baumgartner 475)?

Qualis fuerit textus Aphthonii recensione Armenia servatus, eruere poterit, qui Mosis Progymnasmata ipse examinaverit. In iis, quae mihi praesto sunt, unus locus gravis est: 16, 19 *καλῶν ἢ* add. cum Ac; cf. supra p. V. Accedunt 4, 2 *καὶ τῆς* cum Ba Ac; *τῆς δὲ* **P** Vc. 8, 8 *καὶ πρακτικὴν* cum **P** Ba; *καὶ* om. Vc Ac. 10, 12 *τὴν τάξιν* cum **P** Ba Ac; *τὴν* om. Vc. 17, 6 *κεφάλαιον* cum **P** Vc; *κεφάλαια* Ba Ac.

5. De Geoponicis.

Qui prooemium Geoponicorum scripsit, Constantinum Porphyrogenitum alloquitur § 3: *ὅσα μὲν οὖν ἢ τοὺς ὑπηκόους εὐεργετῶν ἢ τοὺς ἐναντίους ἀποσοβῶν διαπέπραξαι, μακρὸν ἂν εἴη διεξελθεῖν καὶ χρόνου πολλοῦ καὶ λόγου πλείστου δεόμενον· ἀλλ' οἷα περὶ τὰ βιωφελῆ ταῦτα καὶ πᾶσιν ἑξῆς τοῖς ἐς βίον ἐληλυθόσιν ἁρμόζοντα ἐκπονεῖς. 4. πρῶτον μὲν γὰρ φιλοσοφίαν τε καὶ ῥητορικὴν ἤδη παρερρυηκυίας καὶ πρὸς ἀχανῆ βυθὸν τῆς λήθης καταδεδυκυίας εὐμηχάνως καὶ συνετῶς ἀνειλκύσω, τὴν κραταίαν σου χεῖρα ταύταις προσεπιδούς. 5. ἔπειτα δὲ καὶ πᾶσαν ἄλλην ἐπιστήμην τε καὶ τέχνην πρὸς καινισμὸν ἐπανήγαγες.* Quatenus imperatoris curam in nostris rhetorum corporibus agnoscere liceat, ignoro; certe prooemii auctor rationem habet Aphthonii Progymnasmatum 5, 1—4 *ὅσα μὲν τοίνυν ..., μακρὸν ἂν εἴη διεξελθεῖν· ἀλλ' οἷα περὶ τῆς παιδείας ἐφιλοσόφησεν* [1]); codice classis **V** usus est: *οἷα* **V**, v. l. **P**; *ὅσα* **P**.

1) Paulo aliter eadem imitatus est Nicolaus I 274, 18 W.: *μάλιστα δὲ Θεανώ, περὶ ἧς τί δεῖ τἄλλα διεξελθεῖν; ἀλλ' οἷα περὶ σωφροσύνης ἐνομοθέτησεν.* Aliter deinde Georgius Pachymeres I 553, 27, aliter Nicephorus I 442, 22—443, 1, de quorum cum Aphthonii exemplis necessitudine verba facere opus non est.

Etiam auctor fabularum, quae Geoponicorum libro XI servatae sunt, Aphthonii libello sive ipso sive iam retractato usus esse videtur. Cum iis, quae Aphthonius 11, 7 sq. et 14, 16 sq. de Daphne narrat, cf. XI 2, 1: *Δάφνη Λάδωνος ποταμοῦ ὑπῆρχε θυγάτηρ εὐπρεπεστάτη. ἐρασθεὶς οὖν ταύτης Ἀπόλλων ὡς ἐρωμένην ἐδίωκε. καταλαμβανομένης οὖν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ θεοῦ, φασὶν εὔξασθαι τῇ μητρὶ Γῇ καὶ ὑπὸ ταύτης δεχθῆναι. τῆς δὲ Γῆς παρευθὺ ἀντ' αὐτῆς φυτὸν ἀναδούσης*[1]) *κτλ.* Non multa congruunt ad verbum, tamen cum XI 2, 3 *μαντικῆς ἔκτοτε γέγονε σύμβολον τὸ φυτόν, καὶ [γὰρ] προσῆκον καὶ τοῦτο· τὴν ⟨γὰρ⟩ κόρην Σωφρόνην ὀνομάζουσι· τὸ χρησμῳδεῖν γὰρ ἐκ σωφροσύνης προέρχεται* confer Aphth. 16, 11 *καὶ χρησμῳδεῖν σωφροσύνῃ* (**P** Vc; *σωφροσύνης* BaAc, m. 2 Vc) *προέρχεται*.

Dudum cognitum est Aphthonii exemplum 3, 6 fundamentum esse fabulae Geopon. XI 17: *ὁ τὸ κάλλος τοῦ ῥόδου θαυμάζων τὴν τῆς Ἀφροδίτης λογιζέσθω πληγήν, φησίν. ἤρα μὲν γὰρ ἡ θεὸς τοῦ Ἀδώνιδος, ἀντήρα δὲ καὶ ὁ Ἄρης αὐτῆς. ζηλοτυπῶν οὖν Ἄρης ἀνεῖλε τὸν Ἄδωνιν, λύσιν ἔρωτος τὸν Ἀδώνιδος ἡγησάμενος θάνατον. μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἡ θεὸς ἀμύνειν ἠπείγετο, καὶ κατὰ σπουδὴν ἐμβαλοῦσα τῷ ῥόδῳ ἀσάνδαλος οὖσα* — cetera paulo differunt. Inde quod primae sententiae ad verbum consentiunt, colligo non de fonte communi, de magna progymnasmatum collectione cogitandum esse ab Aphthonio atque ab auctore collectionis in Geoponicis servatae in usum vocata; neque enim in ullo exemplo Aphthonium talia enuntiata ad verbum mutuantem deprehendimus, cf. p. XXVIII. Ceterum praeterquam quod duae sententiae omissae sunt, duobis locis differt textus. Apud Aphthonium legimus 3, 6 *ὁ τὸ ῥόδον θαυμάζων τοῦ κάλλους*, legimus autem in commentario Laur. 57, 5 saec. XIV (XIII?) post Doxapatris verba II 246, 6 W.: *οἱ δὲ οὕτως 'ὁ τοῦ ῥόδου θαυμάζων τὸ κάλλος τὴν — πληγήν'* — est fere textus in Geoponicis servatus. Deinde Aphth. 3, 11

1) Similia leguntur XI 4, 2; 10, 3; 15, 2. Cf. e. g. etiam Severi *Διηγήματα* I 537 sq. W. — Num XI 2, 9 *ἀκροπόλεις κτλ.* ad Aphth. 38, 5 sq. spectent, dubito.

τὸν Ἄδωνιν ἀνελεῖν ἠβούλετο; haec auctor fabulae Geoponicorum, cum clausula rhythmo careret — cf. p. VI a. 1 —, consilio mutavit: ἀνεῖλε τὸν Ἄδωνιν. Quo tempore is vixerit, quot saeculis ante eum, qui saeculo X Geoponica composuit, incertum est; post Aphthonium eum vixisse satis demonstratum esse puto[1]).

6. De Artibus rhetoricis aetatis Byzantinae.

Brevis esse possum de Artibus posterioris aetatis, non quo putem earum scriptores minoris aestimandos esse quam priorum plurimos; lege sis libros Nicolai, Aphthonii, Hermogenis personati: nemo adaequavit doctrinam „Rhetoris Monacensis“[2]), qui saeculo XIV scripsit. Quamquam in universum negari nequit plurimorum librorum nobis vetustiores codices et meliores praesto esse quam illos textus, tamen e. g. de Anaximenis Arte contrarium statui[3]). Ad Aphthonii textum vix quicquam inde lucramur.

Rhetor Monacensis editione Maximi Planudae usus est. — Ars rhetorica, de qua Walz refert[4]) nisus Marciano 444, etiam in Vat. 899 et Marc. 599 legitur: Aphthonii textus cum scholiis breviter contractus est, quae paene omnia ex corpore *Π* oriuntur. Quoniam scholia *Π* commentario Ioannis Sardiani nituntur — cf. p. X —, codex Vaticanus autem scriptus est a. 1393, Marc. 599 saeculo XIII, Ars composita esse videtur saeculo XI vel XII. — Textus libri anonymi III 590 W. similis est VcBa, quaedam faciunt cum **P** vel cum VδWc; enotavi unam lectionem, 35, 5. — III 664—665 W.: haec ex corpore **P** sumpta sunt. — Matthaei Ca-

1) Itaque probare non possum, quod suspicatur Rohde, *Der griechische Roman* 370³: *„Die Progymnasmatiker so gut wie die Sammler der Geoponika schöpften diese Mustererzählungen vermutlich aus einer berühmten älteren Sammlung solcher διηγήματα, deren Verfasser erraten zu wollen ⟨Adrianus? Nicostratus?⟩ freilich wohl allzu verwogen wäre.“*

2) *Rheinisches Museum* 67 [1912] 353.

3) ib. p. 351.

4) I 127—135 (Progymnasmata); IV 31 ann.; I 597—648; III 610 sq.; cf. III 466 lin. 5.

mariotae textus I 121 W. hic illic facit cum Ac vel cum VδWc. — Praeexercitamenta in schemata redacta leguntur in cod. Riccard. 58 saec. XV—XVI: *Σύνταγμα τοῦ τιμιωτάτου καὶ σοφωτάτου ἐν ἱερομονάχοις κυρίου Ἰγνατίου τοῦ Χορτασμένου, εἰς τὰ Ἀφθονίου Προγυμνάσματα ἀποσημειώσεις*; in ea parte, quam examinavi, lectiones codicis Ac inveniuntur.

Posteriores Aphthonii libellum idcirco magni aestimavisse videntur, quod secundum schema concisum unumquodque progymnasma tractavit et singulis exempla adiecit, quibus eadem brevitate et simplicitate summa exponebatur. Permulta progymnasmatum exempla servata sunt. De multorum scriptoribus nil certi comperimus; de nominibus codices non semper consentire vides ex iis, quae Foerster in editionis Libanianae volumine VIII congessit. Ex collectione codicis Vaticani graeci 1692 B saec. XIII (XIV? Exempla multo vetustiora iudico) chriam propono, quae imitando Aphthonii exempla quam maxime effingit atque exprimit. Moneo clausularum rhythmum observari: ante ultimum quemque accentum binae vel quaternae syllabae accentu carentes numerantur. — Plotini dictum aliunde mihi non innotuit.

Πλωτῖνος τοὺς τρυφαῖς ἠσχολημένους κινδυνεύειν ἔλεγεν ἀποδενδρωθῆναι.

Πολλῶν (cf. Aphth. 8, 19) *ἕνεκα χρεὼν ἐπαινέσαι Πλωτῖνον, τὸν ἐν σοφίᾳ καὶ συνέσει ἀριδηλότατον καὶ πᾶσιν ἔργοις ἀγαθοῖς διαπρέποντα, μάλιστα* (8, 20) *δ' ὧν περὶ τῶν τρυφαῖς ἠσχολημένων ἐφιλοσόφησε.*

Καὶ τί φησι; (8, 21) *ὁ τρυφαῖς καὶ πότοις ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς εἰς ἀναισθήτων δένδρων βιάζεται φύσιν μετατραπῆναι. καὶ ἃ μὲν ἐφιλοσόφησε, ταῦτα* (Aphth. 9, 1: PAc; *τάδε* VcBa; cf. 11, 15)· *προσεκτέον δέ, ὡς καλῶς.*

Οἱ γὰρ (9, 3. 5, 8) *τρυφαῖς καὶ πότοις ἑαυτοὺς ἐκδιδόντες ὑπὸ τῶν βρωμάτων παχύνονται καὶ συνθολοῦνται τὴν αἴσθησιν καὶ δένδροις ἀναισθήτοις ἐοίκασιν, οἱ δὲ ταῖς συμμέτροις τροφαῖς χρώμενοι καὶ τὴν ἀδδηφαγίαν μισοῦντες εὖ τῶν αἰσθήσεων ἔχουσι καὶ ὄντως τηροῦσι τὴν ἀνθρωπότητα.*

Ὡς γὰρ (6, 3) *ἐπὶ τῶν* ⟨*ἀγρ?*⟩*ῶν οἱ ἄμετροι τῶν ὑετῶν τὰ φυόμενα κατακλύζουσιν, οὕτω καὶ αἱ τρυφαὶ τὸν τοῦ ἀνθρώπου σκοτίζουσι νοῦν.*

Ὅρα μοι (6, 7) *καὶ τὸν Σαρδανάπαλον, ὃς καὶ κοσμοκράτωρ ὢν βασιλεύς, ἀλλ' οὖν ταῖς τρυφαῖς παρασεσυρμένος οἰκτίστῳ θανάτῳ τῆς βασιλείας ἐκπέπτωκε*

Καλῶς (*καλῆς* cod.) *καὶ Φωκυλίδης* (v. 68 Bergk[4]) *φησὶ «μέτρῳ μὲν φαγεῖν, μέτρῳ δὲ πιεῖν καὶ μυθολογεῦσαι».*

Ὥστε (11, 6) *ἄξιόν ἐστιν ἐπαινέσαι Πλωτῖνον τὸν τοιαῦτα φιλοσοφήσαντα.*

7. Ex lexicographis non multum proficimus. Breves sententiae, quas servaverunt, per quos rivulos ad eos defluxerint, non perspexi. Apud Photium, Hesychium, Suidam eadem *μύθου* definitio legitur, *λόγος* (*κενὸς* add. Hes.) *ψευδὴς εἰκονίζων τὴν* (sic! *τὴν* om. Aphth.) *ἀλήθειαν*; Aphthonii eam esse non dicunt, eadem est Theonis. Definitio *ἠθοποιίας* apud Suidam legitur, quam praebent Aphthonius et Hermogenes personatus. In Etymologico Magno evidenter Aphthonii libellus adhibitus est, expressis verbis laudatur: *'Αφθόνιος εἰς τὰ προγυμνάσματα τῆς ῥητορικῆς*[1]) *περὶ γνώμης* '*Ἀρναῖος — κομισάμενος*', 9, 19—21. Etiam s. v. *ἀκμή* aperte Aphthonii sunt verba *θέρους ἦν ἀκμή*, 2, 5. Idem fortasse cadit in etymologiam verbi *ἐγκώμιον* 21, 6.

8. De Theonis Progymnasmatum fato paucis agam. Dudum intellexerunt eius libri complures partes interisse, servatas esse eas tantum, quae etiam ab Hermogene personato et ab Aphthonio tractatae sunt. Libelli autem, qui nunc Hermogenis nomen fert, non ea erat auctoritas, ut corpori Hermogeniano insereretur; si redactor corporis ea Progymnasmata Hermogenis genuinum opus iudicavisset, me iudice ea non praetermisisset. Ea ne norat quidem[2]), Aphthonii libellum arcessivit. Huius igitur libelli auctoritate etiam id effectum videtur, ut Theonis capitum ordo mutaretur praetermissis iis, quae Aphthonius praetermiserat.

1) Exspectes *ἐν τοῖς προγυμνάσμασιν εἰς τὴν ῥητορικήν*, cf. p. 1, 1 ann. (Ac); Suidas infra p. XXII. At cf. *Κωνσταντίνου τοῦ Λασκάρεως εἰς τὰ προλεγόμενα τῆς ῥητορικῆς ἐκ διαφόρων* Ambr. 225, Matrit. 4620 (ol. 79), 4632 (ol. 111), Vat. Ott. 178. *Κωνσταντίνου τοῦ Λ. εἰς τὰ προλεγόμενα τοῦ σοφοῦ Ὀρφέως* Ambr. 598.

2) Non obstat, quod in scholiis **P** Hermogenis Progymnasmatum mentio fit VII 168, 16; cf. Proleg. VII 18, 16. 42, 9.

Theonis codices quinque tantum mihi innotuerunt, quorum vetustissimum, Laur. 55, 10, saec. XIII exaratum esse putant.

Progymnasmatum Aphthonii memoriam persequi mihi proposueram usque ad ea tempora, quibus codices nostri optimi et vetustissimi scripti sunt. Tamen egi etiam de quibusdam interpretibus et Artium scriptoribus aetatis recentioris; dubito, num multo ante eorum aetatem Theonis liber propter auctoritatem libelli Aphthoniani retractatus et tot capitibus procul dubio pretiosis privatus sit.

C. DE APHTHONII VITA ET SCRIPTIS.

Suidas pauca refert: *Ἀφθόνιος σοφιστής*[1]· *ἔγραψεν εἰς τὴν Ἑρμογένους Τέχνην Προγυμνάσματα.* — Paulo plura docent *Ἰωάννου διακόνου τοῦ Ἀργυροπούλου προλεγόμενα εἰς τὰ τῆς ῥητορικῆς Προγυμνάσματα*[2]: . . *ἔστι τοίνυν πατὴρ τῆς παρούσης τῶν Προγυμνασμάτων βίβλου Ἀφθόνιος Ἀντιοχεὺς ὁ Σύρος, ὁ Λιβανίου τοῦ* (sic Paris. 2925; Palat. 358; *καὶ* Rehdig. 12) *Φασγανίου μαθητής.* — Etiam apud Georgium Plethonem VI 548, 2 W. legitur *Ἀντιοχεὺς Ἀφθόνιος.* — Denique epistula servata est, quam Libanius anno 392[3]) scripsit, XI p. 189 Foerster:

Ἀφθονίῳ. Χαίρω καὶ φέροντός σου τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ γενναίως καὶ ἐμὲ πείθειν ἐπιχειροῦντος, εἰ καὶ μὴ δυναίμην· σοὶ γὰρ δὴ τὸ τοῦ φίλου πράττεται. χαίρω δὲ καὶ τοῖς πόνοις σου χαίροντος τοῖς ἐν τῷ παιδεύειν οὖσιν, ὅτι πολλά τε γράφεις καὶ πάντα καλὰ καλῶς δεικνύοντα τὴν σποράν. χαίρω δὲ καὶ τῷ φιλεῖσθαι σὲ μὲν ὑπ' Εὐτροπίου, τὸν χρηστὸν δὲ Εὐτρόπιον ὑπὸ σοῦ· ᾧ συγχαίροι τις ἂν εἰκότως οὐ μόνον τῆς δυνάμεως, ἣν κέκτηται τῶν λόγων, ἀλλὰ καὶ τοῦ περὶ τὰς Ἀθήνας ἔρωτος καὶ τοῦ περὶ τοὺς δόντας αὐτῷ τὴν τέχνην, ᾗ δεινὸς μέν ἐστιν εἰπεῖν, δεινὸς δὲ ἑτέρου λέγοντος ἰδεῖν τά τε ὑγιαίνοντα τά τε μή· καὶ τὰ μὲν ἴδοις ἂν αὐτὸν ἐπαινοῦντα, τοῖς δ' ὑπὸ φιλανθρω-

---

1) In codicibus **P Vc Ba** nominatur *σοφιστής*, in Ac *ῥήτωρ*; cf. p. 1, 1.

2) *Rheinisches Museum* 62 [1907] 263. Scriptoris nomen legitur in cod. Vat. Pal. graec. 358 saec. XV ex. f. 228 r. Quando vixerit Ioannes Argyropulus diaconus, unde sumpserit, quae refert, ignoro.

3) Seeck, *Die Briefe des Libanius* [1906] p. 79; 463.

πίας οὐκ ἐπιτιθέμενον. μίαν μόνην αἰτίαν οὐκ ἂν διαφύγοι, ὅτι κάλλιστα ἂν ᾄσας καὶ χορὸν ᾄδειν διδάξας οὐκ ἐβουλήθη, καὶ ταῦτα ζῶν ἐν ᾧπερ ἡμεῖς σχήματι· τούτῳ γὰρ δὴ τιμᾷ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς λῆξιν, εἰ καὶ μὴ τοῖς περὶ τὸν πώγωνα βεβουλευμένοις αὐτῷ.

Libanius anno 354 Antiochiam revertit, ut ludum aperiret; quot annis post id tempus et quot ante a. 394 Aphthonius ei operam dederit, ne conicere quidem audeo. Ex libello ipso cognosci posse non videtur, quo tempore et ubi conscriptus sit. Nec provehit descriptio arcis Alexandriae p. 38,3. Ex verbis 38, 11 γνησιώτερον αὐτὴν ἔστι προσειπεῖν τὴν ἀκρόπολιν, ἢ ἐφ' ᾗ φρονεῖν Ἀθηναῖοι παρέλαβον non collegerim ea Athenis scribi non potuisse; agitur de rhetoris exercitatione, in cuius scholis quodvis argumentum in utramque partem tractabatur. Arx autem tam dilucide sub aspectum subiecta est, ut is, qui eam descripsit, ipsam vidisse putandus sit.

Heffter[1]) probat, quod Sylvester de Sacy ex verbis 40, 6 τοὺς πάλαι τιμᾶν ἱδρυμένοι θεούς et 40, 18 τοῖς πάλαι θεοῖς ὀνομάζονται collegerat: „*diese Stellen bezeugen, daß die Götter jetzt nicht mehr dort verehrt wurden. Nun geschah aber die gänzliche Abschaffung des Heidentums im oströmischen Reiche und namentlich im entlegenen Ägypten unter Kaiser Theodosius dem Großen († 395); folglich kann Aphthonius nur nach dieser Zeit, etwa zu Anfang des 5. Jahrhunderts gelebt haben.*“ Illud οἱ πάλαι θεοί argumento non est; etiam novos deos venerabantur[2]). Heffter putat arcem, quae (p. 38,16) ἐπ' ἄκρῳ τέτακται πόλεως, non Serapeum esse: „*Jene ⟨Burg⟩ lag, wie wir aus Caesars Geschichte wissen, am großen Hafen, also wirklich an der Spitze, am nördlichen Ende der Stadt, das Serapeum dagegen im Stadtviertel Rhakotis und sehr wahrscheinlich in der Mitte desselben.*“ Sive ἐν ἄκρῳ genuina lectio est sive ἐπ' ἄκρῳ, utique est locus editior, ἀκρόπολις est; Heffter ex eo verbo colligit, quod non inest.

1) *Über die Beschreibung der Burg von Alexandria bei Aphthon. progymn. Cap. 12 Zeitschrift für die Altertumswissenschaft* 6 [1839] 377—389.

2) Romanus, ed. Camphausen, p. V. — Alexand. III 5, 2 Sp.: οἳ μὲν γὰρ παλαιότεροι, οἳ δὲ νεώτεροι λέγονται τῶν θεῶν.

Conze[1]) aliter iudicat, quamquam non sine dubitatione: *„Die präzise Form einer Säulenhalle mit Bibliothekszimmern dahinter, wie sie uns jetzt in Pergamon entgegenzutreten scheint ... Am unzweideutigsten bezeugt ist die mit dem Typus der pergamenischen übereinstimmende Anlage einer Bibliothek für Alexandrien, und zwar für die Bibliothek des Serapeions, wenn sich auf dieses, wie mir nach gemeinsamer Erwägung mit Herrn Puchstein scheint, die ἔκφρασις τῆς ἀκροπόλεως τῆς Ἀλεξανδρείας von Aphthonios bezieht."* Puchstein[2]) denique certam sententiam expromit: *„Hier ⟨in der Altstadt Rhakotis⟩ lag ... das Serapeion, noch heutzutage kenntlich ... an der von arabischen und neueren Reisenden oft genannten Pompeiussäule .., dem Postament einer 302 n. Chr. von dem Eparchen Pompeius errichteten Statue Diocletians ... Beschreibung von Aphthonios ... Darnach wurde ... die Höhe, auf der das Serapeion lag, als Akropolis aufgefaßt (vgl.* Clem. Alex. Protr. ⟨I 37, 12 Stählin: ... ἐπὶ τῆς ἄκρας, ἣν νῦν Ῥακῶτιν καλοῦσιν, ἔνθα καὶ τὸ ἱερὸν τετίμηται τοῦ Σαράπιδος⟩) ... *zerstört ... wurde es 390 n. Chr."*

Controversia fortasse orta non esset, si constitisset de codicum lectione 38, 3: ἔκφρασις τοῦ ἱεροῦ τῆς (VcAc; τῆς om. **P**Ba) Ἀλεξανδρείας μετὰ (**V**; καὶ **P**) τῆς ἀκροπόλεως; in editionibus nil legitur nisi ἔκφρασις τῆς ἀκροπόλεως τῆς Ἀλεξανδρείας vel (Walz ex Vindob. 18 saec. XVI) ἔκφρασις τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἀκροπόλεως. Dubium non videtur, quin τὸ ἱερόν sit Serapeum; status igitur ab Aphthonio describitur is, qui ante annum 390 erat.

'Πολλὰ γράφεις' legimus in epistula Libanii, v. supra p. XXII; memoriae prodita sunt pauca. In nonnullis codicibus exstant Μῦθοι Ἀφθονίου ῥήτορος[3]). Mihi ad manus sunt ectypa lucis ope excepta ex Vat. gr. 949 et 1692 B; quadraginta fabulae, quarum prima est Aphth. 2, 3—12.

1) *Die pergamenische Bibliothek. Sitzungsberichte der Preußischen Akademie der Wissenschaften* 1884, 1259 sq.

2) Alexandreia. *Realenzyklopädie* I [1894] 1386 sq.

3) Ed. Lugduni Batavorum a. 1597.

Si corpora fabularum accurate examinata erunt, fortasse certius iudicare poterimus et de illis et de Prooemio[1]), quod in nullo codice inscribi videtur Aphthonio. Alienum puto hoc loco inquirere, quae sit nominis auctoritas, cuius in codicibus fortasse nulla est; ex sermone autem — si quid video, non est Aphthonii — nihil colligi potest, quoniam Prooemii textus corruptus codicum et virorum doctorum auxilium nondum expertus est.

Μελέτας Aphthonii norat Photius, Bibl. I p. 97 cod. 133: *Ἀνεγνώσθησαν Παλλαδίου σοφιστοῦ μελέται διάφοροι καὶ Ἀφθονίου καὶ Εὐσεβίου σοφιστοῦ καὶ Μαξίμου* (*μαχίμου* traditur) *σοφιστοῦ Ἀλεξανδρέως· ἀλλὰ τῶν ἄλλων ὁ Παλλάδιος κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τὴν ἐν λόγοις ἐπὶ πλεῖστον διενήνοχεν.*

D. DE FONTIBUS.

Aphthonius XIV progymnasmata tractavit, cum *ἐγκώμιον* et *ψόγον* seiungeret itidemque *ἀνασκευήν* et *κατασκευήν*; sive primus id instituit sive recepit, quod alii excogitaverant, utique leve est. Praeexercitamenta multi scripserant ante eum. Identidem apud illos scriptores deprehendimus vestigia veteris thesauri artis rhetoricae, quam posteriores in novis formis quasi novam fingere non desistebant. Certa quaedam fundamenta eius thesauri adeo pervulgata erant, ut nullius essent; non solebant curare, a quonam etymologiae, definitiones, divisiones inventae essent, quae scriptori placebant. Talia omnes ad verbum recipiebant. Quod valet praecipue in libellum, qui discipulorum in usum conscriptus est; quae institutioni puerorum et adolescentulorum inserviebant, sententiarum novarum copia non magis abundabant, quam nostra aetate libri eius generis. Duo Progymnasmatum libri Aphthonio priores servati sunt, Theonis[2]) et Hermogenis personati;

---

1) Fabulae Romanenses, ed. Eberhard, p. 306: „Vita Aesopi quae in editionibus fertur ab Aphthonio conscripta"; incipit *Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς* (v. l. *μυθοποιὸς*) *Λυδὸς μὲν ἦν.* P. Marc, *Byzantinische Zeitschrift* 19 [1910] 410.

2) Brinkmann, *Rheinisches Museum* 65 [1910] 152, assentitur iis, qui Theonis Progymnasmata aetate Augustea composita esse putant.

quae ei cum his communia sint, composuit Hoppichler[1]). Utrum autem ipsius Theonis et Hermogenis personati Praeexercitamentis usus sit an illa doctrina ex ignotis auctoribus per rivulos nobis ignotos ad eum defluxerit, me iudice dubium non est: sane mirum esset, si ex numero certe innumerabili etiam nobis ii libelli ipsi iique soli servati essent, quibus Aphthonius usus erat; praecepta similia, eadem artificia, sententiae elegantes in quovis libro eius argumenti inveniebantur.

Nec in aliis rebus, cum singula quaedam similia inveniuntur, facile de fonte adhibito cogitandum est. Afferam exempla. Quae de verborum differentia p. 2, 16 dicit, eodem modo coniuncta leguntur apud Ammonium p. 43 Valck.: *διήγησις καὶ διήγημα διαφέρει· διήγησις μὲν γὰρ καὶ ποίησίς ἐστιν ἡ ἐν μήκει τὸ τέλειον ἔχουσα, διήγημα δὲ καὶ ποίημα τὸ βραχύτερον*; cf. Alex. Aphrod. in Metaph. 471, 30 Hayduck: *πάσῃ τῇ τοῦ Ὁμήρου ποιήσει κεῖται ὄνομα τὸ Ἰλιάς.* — Cum Aphth. 20, 15 *εἰ νόμος τοὺς ἐλευθεροῦντας τὴν πατρίδα τιμᾶν, τοὺς καταδουλουμένους κολάζεσθαι λείπεται* compara Anaxim. I 2 p. 17, 14 Sp.-H.: *εἰ γὰρ λυσιτελεῖ τοὺς ἐπιεικεῖς τῶν πολιτῶν τιμᾶν, συμφέρον ἂν εἴη καὶ τοὺς πονηροὺς κολάζειν*, cf. 15, 15. 16, 14. — Ad Aphth. 21, 8 *ὕμνος* — *ἔπαινος* cf. Ammon. p. 139 Valck., Menandr. III 331, 20 Sp. alios. — In laudatione Thucydidis 22, 18 *τῶν ἁπάντων εὗρε*[2]) *τὸ κάλλιστον· οὔτε γὰρ λόγων ἐν τοῖς οὖσι κρεῖττον ὑπάρχει λαβεῖν κτλ.* cf. Diodor. I 2, 5 *λόγου δύναμιν, οὗ κάλλιον ἕτερον οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως εὕροι.* — Ad thesin *εἰ γαμητέον*, 42, 11 sq.: [Dion.] II 1 p. 261, 18 Us. sq. Aps. I 2 p. 276, 15 Sp.-H. sq. Quorsum haec? Ne longus sim: cavendum est, ne in talibus rebus tritissimis certum

1) De Theone, Hermogene Aphthonioque Progymnasmatum scriptoribus. Diss. Virceburg. 1884.

2) Antecedit *ἅπαντας μὲν οὖν τοὺς εὐεργέτας τιμᾶσθαι καλὸν κτλ.*, sic codices; *εὑρετὰς* restitui, nam de solis inventoribus agitur: librarii animo obversabatur illud *δίκαιον τοὺς εὐεργέτας τιμᾶν*, decantatum imprimis inde a Demosthenis Leptinea (86; 119 cet.).

auctorem quaeramus. In rhetorum scholis eadem res fere iisdem argumentis, locis, paene dixerim dicendi luminibus tractari solebat. Eae similitudines omnino nihil valent, nisi in eodem sententiarum conexu multae sunt. Quod cadit in progymnasmatum exempla a Libanio, Aphthonii praeceptore, composita.

